

**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm|| Maii Et Ivnii

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10258 - 10263**

IX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77393)

Quicquid adest operis præclari monstrat in ipsis,  
Et sic Gildardum dilucidat atque Medardum.  
O Deus omnipotens, calos fulgoribus implens,  
Sanctis perpetuam vis iugiter esse coronam.  
Tu quoque Gildardo regnum das atque Medardo.  
Consimilis Christus genitori sit benedictus,  
Ex Domino Dominus, cum solo principe solus,  
Qui iam Gildardum confouerit atque Medardum.  
In calo meritos ciues super æthera notos  
Consuaves melli, sub carnis iure gemelli  
Fratres, Gildardus consors simul atque Medardus.  
Orbi latitudinem cælesti munere plenam  
Donant: hinc omnes deuoti pfallite laudes.  
Gloria sanctorum, decus & saluator eorum,  
Tu populo præsta tibi sic persolnere festa,  
Ut prece Gildardi sacra, meritisque Medardi  
Nobis æterna concedas post hodierna.  
Quos geminos ortu, locat alto gratia portu,  
Nobis esse boni dignentur ubique patroni.

Sancti, pa-  
tronii nostri  
sunt.

Extat etiam insignis Antiphona de his duobus sanctissimis Episcopis,  
ab Gregorio Turonensi, ut habet quidam M.S. codex, edita:

Auete magni toto orbe præsules, ortu gemelli, sanctitate compares, sacrae simili,  
coronati pariter, iuncti dicatis diem festum: meritis sancte Medarde cum Gildardo  
inlyto, opem poscenti semper ferte populo.

MARTYRIVM SS. PRIMI ET FELICIANI EX  
VETVSTIS MS. CODICIBVS, PER F. LAVR. SV.  
rium, mutata phras, aliquanto breuius descriptum. Consentiant an-  
tiquissima Martyrologia.

Iunij 9.

Sancti mar-  
tyres vincit  
mittuntur  
in carcere.

Actus.



EMPORIBVS Diocletiani & Maximiani Imperato-  
rum saeva est Christianis orta tempesta, ita, ut si quis huius  
vitæ sectator esset inuenitus, nec veller idolis sacrificare, di-  
uersis supplicijs afficeretur. Itaque sancti viri Primus & Fe-  
licianus in Domino perdurantes, à templorum pontifici-  
bus apud Imperatores delati sunt, dictumque ab illis est,  
deos nolle responsa reddere, nec vlla ipsis præstare bene-  
ficia, nisi prius Primus & Felicianus ad sacrificandum co-  
pellerentur. Proinde rogabant, ut tum ipsis, tum suo im-  
perio succurrerent, ne male perirent. Tunc Diocletia-  
nus & Maximianus miserant milites, qui eos diligenter in-  
quirerent, & inuentos compræhenderent, erant enim ciues Romani. Comprehensos  
igitur duxerunt ad Imperatores, qui iusterunt eos ferro vincitos in carcere protrudi.  
Illi autem pro Christi nomine vincitis adfuit Angelus Domini, qui eos consolans ab-  
soluit à vinculis, quibus erant consticti. Illi vero benedixerunt Deum, qui eos sicut o-  
lim Petrum Apostolum, per angelum suum à vinculis liberasset. Rogabantque, ut ab e-  
iusdem Apostoli meritis ipsis non sinerer esset alienos. Post dies aliquot iusterunt eos  
principes coram se adduci. Illis intromisis, dictum est ab officio, Adstant. Dixerunt e-  
is Imperatores, Vos estis, qui iussa nostra contemnitis. Sancti martyres responderunt:  
Nos ea semper pro nihilo ducemus. Imperatores dixerunt, Parienter interim ferim  
injuries nostras, sed vos iam sacrificeat Ioui & Herculi, ne perdatis generis vestri digni-  
tatem. Beati martyres responderunt, Nos Deo placationis & laudis hostiam immola-  
mus in odorē suavitatis, neque consentimus operibus tenebrarum, quibus vos addicte-  
stis. Imperatores dixerunt, Facite sacrificium dijs inuictissimis Herculi & Ioui, alioqui  
carnifices vos atrociter laniabunt. Beati martyres responderunt, Sic mereamur pro  
Christi

Christi nomine hæc pati, vt ad martyrij coronam liceat peruenire, & simus parti. Cupiunt cipes promissionum eius & bonorum illorum, quæ promisit se daturum illis, qui pro Christo ipsius nomine respuerunt omnia mundi huius blandimenta, & sequuntur agnum quo cunque ierit. Qua autem ratione possumus à lapidibus & lignis opem petere, vestros, que non deos, sed dæmones inuocare? qui sane ad tantam sunt redacti ignominiam, irident dæ vi nisi ferro & plumbō confirmantur, stare nullo modo possint? eisque custodiendis monum si canes adhibere necessis sit. Quæ tandem hæc vestra amentia est? Tum verò ira perciti Imperatores, iussierunt eos duci ad sanum Herculis: & si nollent sacrificare, dire excri- ciari. Fecerunt milites, vt erant iussi? sed cum nullo pacto sanctos possent à senten- tia deducere, cernerentque eos pro Christi nomine mori malle, quam vivere, virgis eos crudeliter cæcidunt, dixeruntque; Cur non obeditis decretis Imperatorum, & atrociter dij. omnipotentibus offertis sacrificium, ad quod vos ipsa quoque natura hortatur? virg. Responderunt martyres; Par est illi nos obedire Imperatori, qui potest & corpus & animam perdere in gehennam. Vestros autem Imperatores, qui vana colunt simula- cra, gehenna ignis inextinguibilis suscipiet. Milites hæc reuelerunt ad Imperatores, qui valde irati, præceperunt eos tradi Promoto præsidi ciuitatis Numentana, vt eos egregie excarnificaret, si nollent libare dij.

Tulerunt ergo eos milites ferro vinclitos, & tertiodecimo millario via Numenta. Rursus in' na miserunt eos in carcere apud forum ciuitatis. At sancti martyres à precibus & carcere trahuntur. hymnis nunquam cessabant, & quotidie ab Angelo refocillabantur. Post multum temporis Promotus præses iussit in foro vrbis Numentana sibi tribunal apparari, se- densque illic, dixit; Intromittantur personæ. Intromissi sanctis martyribus, ait; Ex præcepto Principum & dominorum nostrorum immolate dij, quos magnos esse probat diuinitas. Responderunt sancti martyres; Impios rectius dixeris, quam dominos, qui in Christum credentes interficiunt, coluntque ligna & lapides, qui cum nullo sen- su prædicti sint, nihil yobis præstare possunt? cultores vero illorum æternus vorabit i- gnis. His dictis, iussit eos Præses abinuicem separari, existimans posse eos poenis mu- tari, & ad sacrificandum impelli. Abducto igitur Primo, ita ad Felicianum locutus est; Consule senectuti tuae, & sacrificia loui inuicto, vt iussere domini nostri. Respondit Felicianus; Consulat senectuti meæ Christus, qui me haetenus in sui nominis fide cu- stodiuimus. Tuæ verò minæ terrorem aliquem afferre possunt, sed mentem meæ immu- tare nulla ratione valebunt. Irratus Præses, iussit eum immaniter plumbatis cædi, deinceps plumbatis de erecto dixit; Cur non abicis hanc pectoris tui insaniam, & incundos potius eligis verberatus, dies, quam velis corpus tuum diuersis macerari supplicijs? B. Felicianus ait; Ego iam octoginta habeo atatis annos, & iam triginta lapsi sunt anni, postquam ad veri noti- tiani perueni, statuique in Christo bene vivere, qui me ex tuis crudelibus manibus li- berabit. Nihil verò de mundi huius oblectamentis cogitans, decreui sem piterno & o- mnipotenti creatori meo vivere. Hæc & his similia multa dicetem iussit Præses ad sti- pitem ligari, & acutos clavos manibus ac pedibus eius infigi, dixitque illi; Tandiu sic cruciatu- confixus manebis, donec dij immortibus debitum persoluas officium. At S. Feli- cianus in Dei amore bene firmus, late vultu pendens in ligno canebat; In Deo spera- ui, non timebo, quid faciat mihi homo. Dicit ei Præses; Misericordia tua est, & nega te Christianum, vt possis multiuaria illa, quæ tibi parantur, lu- crari tormenta. Felicianus respondit; Infelix & mortalium omnium miserrime itane creatorem ego negabo meum, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt? Qui verò illum ego negare potero, & adorare trancos & vanos deos? Tum fu- rore percitus Præses, præcepit vt diu torqueretur. Ille autem dixit; Gratias tibi ago Do- mine Iesu Christe, quid merui in eorum censer numero, qui pro tuo homine passi, ad martyrij coronam perrigere. Irratus Præses, iussit eum totum triduum ita suspen- sum relinqui, nec quicquam omnino illi cibi aut potius porrigi, vt vel sic vietus succi- beret. At ille caelesti refectus alimoniam, permanxit in laudibus Dei. Ea res malè habuit Præsidem. Itaque præcepit, vt flagellis cæsum è ligno deponerent, & in custodia serua- rent, nec cuiquam omnino copiam facerent ad illum ingrediendi.

Postero die iussit beatum Primum coram se sisti, eiique dixit; Ecce frater tuus Im- peratorum decretis obsecundans, & dij omnipotentibus immolans, amicus est Augu- storum & magnus in palatio. Tu ergo si idem feceris, pari fruēris honore. Respon- dit S. Primus; Tametsi satana filius es, tamen recte pronuncias fratrem meum obse- cundatū esse Imperatori, sed planè caelesti, non hominibus vanissimis, qui spem suam

in

in Deo collocare noluerunt; & ideò misérè peribunt. Fingis autem, vt me possis ener-

tere. Nam Felicianus, quem tu excruciaisti, & cùm eum flectere non posse, in carcerem coniici voluisti; illic pro Christi nomine haud secus atque in paradiſo latatur. Porro

**Primus** fu  
sibus im  
maniter cae  
datur.

pœnas & verbera abs te illi illata, mihi hodiè Angelus Domini indicavit. Non igitur

mihi contingat ab eius passione separari. Tunc Praeses iussit eum fustibus validissi-

mis cadere; sed ille dixit: Et si corpus meum habes in manu tua, at animæ meæ nocere

nihil potes. Dixit ei Praeses, Sacrifica dijs. Respondit S. Primus: Tu sacrificia cum omni

bus tuis. Ego Deo meo sacrificium offero placationis. Deinde iussit Praeses lampadi-

bus eius latera exuri. Ille in ecclœum leuatus & lampadibus vstus, ita psallebat; Igne

nos examinasti, sicut examinatur argum̄. Benedico autem te Domine Iesu Christo;

quia in te cōfidents nihil sentio eorum, quæ mihi à satanæ ministris inferuntur. Au-

diens autem Praeses nihil eum sensisse, dixit ad suos; Puto equidem aut deos homini-

bus suas virtutes demonstrasse; aut magicis artibus hunc omnia superare. Sanctus

Primus ait; Tunc magicis artibus ea tribuis, quæ Christus ad laudem sui nominis pra-

stat servis suis? Tum Praeses iussit eum deponi de ecclœ, simulque plumbum liquefe-

rit, bulliens in os eius, in lecto recumbentis, infundi. Volutuit autem Felicianum co-

ram adesse, vt his pœnis territus, sacrificia offerret. At S. Primus plumbum omnino in-

star aquæ frigidæ exhaustus, dixitque Praesidi; Ecce non est à me separatus ille, quem tu

diebas dijs vestris immolasse. Confidit autem in Domino, qui nos liberabit de pœnis

omnibus, pro eius enim nomine hæc patimur. Omnia autem quæ hic identitatem,

poraria sunt, quæ vero præparauit Deus diligentibus se, aeterna sunt. En adunari su-

mus in gloriam redēptionis, vt nulla nos inimicus fraude circumscribat; neq; villa te

nebrarum caligo nos occupet. Poteris autem tu quoque, modò velis, credere in Chri-

tum, agnoscere creatorē tuum, & majora his videre.

Dicit eis Praeses, Sacrifice dijs: alioqui feris belluius vos lacerados obiecta. Beati ma-

tyres responderunt; Audite nos & intelligite, & recedite ab istis idolis mortuis & pe-

rituris, credatisque in Deum viuum & verum, & in Iesum Christum filium eius, vt fal-

uæ fiant animæ vestrae, possitisque euadere pœnas sempiternas. Tunc Praeses ceu fu-

rijs quibusdam agitatus, dixit: Quid ita in hac insanía perduras Feliciane; sicut & iste per-

ditus? Accedite, & immolate dijs. S. Felicianus ait; Non est hic perditus; sed si tu eiusdi-

etis obtemperares, posses introire in potentias Domini. At nunc quando te induerat

satan, aditus tibi pater in ignem aeternum, qui paratus est tibi, & omnibus tibi conser-

tientibus. Cum autem Praeses animi angore corriperetur, iussit eos duci in amphi-

theatrum, quod est apud forum vrbis Numentana; simulque leones duos ingentes in

eos immitti; quorum rugitus omnes eius vrbis ciues exterruit. Cùm ergo venissent

ad sanctos martyres leones cum impetu currentes, ad pedes illorum se volutârunt, mi-

reque illi blandiri & tanquam gratulari visi sunt. Volutuit igitur Praeses, vt illis reuoca-

tis vrsi ferociissimi dimitteretur; sed illi quoq; omnis feritatis oblii, ceu agni quida san-

ctis blandiebatur; & ad eorū se vestigia prouoluebant. Dixerunt ergo sancti martyres;

Praes inique, en feræ agnoscunt creatore suum; & vos in cordis suacitate permanetes,

non cognoscitis eum, qui vos ad imaginem & similitudinem suam creare dignatus

est. Tum vero populus inter se fremitus dabat & infinitos clamores in celum, credi-

deruntque in Dominum viri amplius quingenti cum omnibus suis. Conuenerant-

nim plurimi ad spectaculum etiam ex vicinis vrbibus.

Cernens vero Praes se non posse illos superare, permulitosque eorum causa crede-

re in Dominum, capit sententiam in eos pronunciauit. Eiecti sunt itaque extra am-

phitheatrum, & illic decollati. Corpora autem illorum projecta sunt canibus; sed ne-

que feræ, neque aues, neque muscæ illa attingere potuerunt. Porrò noctu à Christia-

nis fidelibus rapta sunt, & ad Arcus Numentanos intra arenarium deportata. Vbi cù

magnum fecissent planctum, noua sindone cum aromatibus ea inuoluerunt, & iu-

xta arenarium considerunt, hymnis & psalmis per dies tringita in Dei nomine

vacantes. Magna vero illic beneficia exuberant usque in præsentem diem. Annis

autem aliquot euolutis, cùm iam cessasset persecutio, multi Christiani in honorem

beatissimorum martyrum illorum basilicam ibi construxerunt, sperantes se per illos mi-

sericordiam consecuturos in nomine Domini nostri Iesu Christi. Abest eabaslica ab

vrbē Roma milliariorum quartodecimo diesq; natalis sanctorum martyrum incidit in

quintum Idus Junij, regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor in seculase.

culturum. Amen.

A L O Y.

Leones in  
martyres  
immitti, ma-  
tuebunt.  
Item vrsi.

Multi cre-  
dunt.

Creduntur  
capite mar-  
tyres.

A LOYSIVS LIPOMANVS EPISCOPVS  
VERONENSIS, CANDIDO LECTORI.

673



Rbitror, te, optime lector, pro certo habiturum, aliam esse Pelagiam, cuius vita iam præmissa est, & aliam, quam deinceps duabus orationibus diuinus pater Iohannes Chrysostomus suaui suo eloquio ornatus est. Prior enim Pelagia in iudicium coram Diocletiano Imperatore, matre infideli prodete, adducta est, ac bove æneo incenso combusta: Secunda vero haec Antiochena virgo, Christiana matre orta, in iudicium non est adducta, nec igne absurpta, sed se ex alto præcipitem dedit, atque ex eo consummata est. Ex quo etiam admoneris, tertiam illam Pelagiam apud Antiochenam, cuius vitam in proximè præcedenti

De suis To-  
mis hæc di-  
cit.

Tomo legisti, quæ prius meretrix, mox ad Dominum conuersa, singulare cunctis pecatoribus poenitentia præbuit exemplum, aliam omnino ab his duabus esse, qua virginines extitisse leguntur, licet vna ex eis, etiam Antiochena fuerit. At est aliud, quod hic re admoneamus. Chrysostomus ipse hanc alteram Pelagiam, quæ se ex recto præcipitauit, ne in illorum manus incideret, martyrem vocat, eiusque diem festum Antiochia celebrari assert. Cui diuus Ambrosius Mediolanensis Antistes haud dissimilis, libro ii. Epistolarum, Epistola vii. ad Simplicianum scripta, virginem hanc summo perè commendat, sanctamque nuncupat. Idemque libro iiiij. de Virginibus, questione mouens, quid super eorum meritis existimandum sit, qui se præcipitauerunt ex alto, vel in flumine demerserunt, ne in persecutorum incidenter manus, cum scriptura diuina vim sibi Christianum prohibeat inferre, hoc tandem modo eam soluit: Et quidè de virginibus in necessitate custodia constitutis, enodem habemus assertionem, cum martyrij extet exemplum. Præcipue sanctam hanc Pelagiam virginem Antiochenam, quæ se præcipitauit, sororesque eius duas cum matre, quæ & ipsæ in vndas semetipsas dederunt, adueit in medium, easque ad martyrium omnes properasse commemo- rat. Quod si alterius forte sententia esse tibi videatur diuus Augustinus Hippomensis Episcopus libro j. de Ciuitate Dei, cap. xviij. hoc te non contristet. Idem enim pater libro eodem, cap. xxvj. re consolatur: De his, inquiens, nihil temere audeo iudicare. Vtrum enim Ecclesiæ aliquibus fide dignis testificationibus, ut earum memoriam sic honoret, diuina persuaserit authoritas, nescio: & fieri potest, ut ita sit. Quid si enim hoc fecerunt, non humanitatem deceperint, sed diuinitus iussæ, nec errantes, sed obedientes, sicut de Sampsoni aliud nobis fas non est credere? Hæc ille. Cum igitur Spiritus sancti iudic. 16. insinuat virgines seipsum aliquando interemerint, ne in persecutorum manus venient, & idcirco dignis testibus Ecclesiæ sanctæ fuerit diuina autoritate reuelatum, earum memoriam esse celebrandam, idque omnino factum in sancta Pelagia credere debeamus, præsertim cum duo hi sanctissimi pariterque doctissimi viri, Chrysostomus, inquam, & Ambrosius, virginem hanc inter Martyres collocent, eiusque martyrium in catholica Ecclesia veneratione celeberrima frequentetur, vides de sancta hu- ius virginis innocentia atque felici consummatione non esse nobis vtrà reliquum am- bigendi locum. Lege ergo Chrysostomi duas has Pelagia laudem continent elegatissimas orationes. Videbis in sancta virgine præclarum fidei testimonium, egre- giam animi fortitudinem, in uiolabileq; seruadæ virginitatis Christo semel promissæ propositum. Utinam autem & nos, & Christianos omnes virgines, tanta fidei proficiamus ex emplo. Vale.

LII

SAN.

**SANCTI PATRIS NOSTRI JOHANNIS EPI-**  
**SCOPI CONSTANTINOPOLITANI, COGNOMENTO**  
*Chrysostomi, Laudatio in sanctam virginem & martyrem Pelagiam*  
*Antiochenam. Habetur in Simeone*

*Metaphraſte.*

*Tunij 9.*  
*Cap. 1.*

*Eneruatae  
demonum  
vircs.*

*A simili.*

*Cap. 2.*  
*Mira alaci-  
tate prope-  
rat ad mor-  
tem s. Pela-  
gia.*

*Cap. 3.*

*Laudat vo-  
luntariam  
necem in  
sancta vir-  
gine Chry-  
ſostomus*



**A V D E T V R** & summis praēconijs celebretur Deus,  
 quōd mulieres etiam ipse, quinetiam puellæ mortē con-  
 temnant ac derideant, virginesque admodūm adolescen-  
 tes, & nuptiarum expertes, vltro inferorum stimulus in-  
 uadant, neque ob id tamen aliiquid graue patientur. O.  
 mnia hæc bona per Christum ipsum ē Virgine genitum  
 nobis allata sunt, quādoquidem post partum illum &  
 ortum maximē admirabile, mortis vires dissolute sunt,  
 & diaboli potentia ita eneruata est, vt non à viris solūm,  
 sed ab ipsis etiam mulieribus contemnatur, neq; mulie-  
 ribus tātūm, sed vel ipsis puellis ludibrio sit. Quemadmo-  
 dum enim optimus aliquis pastor, cūm leonem pecora ipsa & gregem totum vastan-  
 tem cepit, & ipsius dentes eūlserit, atq; vngues secuerit, iubamq; totōderit, talem  
 reddit, quem vel paſtorum pueri contemnant ac derideant, puellisq; deinceps illudē,  
 dum tradit: ita & Christus ipse, cūm morrem, naturæ nostræ anteā horribilem, & to-  
 tum genus humanum perterrefacientem expugnauerit, & omnem eius timorem di-  
 soluerit, eam virginibus etiam ipsis illudendam tradidit.

Quamobrem & beata virgo Pelagia tanta cum voluptate ad mortem cucurrit, vt  
 neque carnificum manus expectarit, neque in iudicium ingressa fuerit, sed propriā a-  
 nimī studio, & summa alacritate illorum fāuitiam anteuetererit. Parata erat ad cru-  
 ciatus, tormentaque, & omne suppliciorum genus perforendum: sed metuebat tamē  
 ne virginitatis coronam perderet. Hinc autem discas, impiorum hominum intem-  
 perantiam, Pelagia virginī timorem atulisse, quōd ab intemperata illorum hominū  
 iniuria virgo se submouit ac praripuit. Id quod ē marium numero nemo anteā face-  
 re aggressus fuit: omnes enim ad iudicium accederant, & illic fortitudinem suam o-  
 stenderant. At mulieres ipse propter naturæ sui conditionem ad iniuriam accipien-  
 dam paratiorem, talem mortis rationem sibi excogitarunt. Nam si licuisset & virgi-  
 nitatem ad finem usque feruare, & martyrij coronam percipere, ad iudicium ire non  
 recusassent. Quoniam verò necesse erat omnino ab alterutro excidere, extrema de-  
 mentia hoc esse beata virgo cogitauit, dimidiata corona compotem fāstam abire,  
 cūm utriusque victoriæ palmarum assēqui liceret: ob idque noluit in iudicium accede-  
 re, ac intemperantium hominum adspiciū voluptatem præbere, & sanctū illud corpus iniurię subiūcere: sed  
 ex thalamo & mulierum conclavi ad alterum thalamum, hoc est, in cālūm ipsum  
 ascēdit.

Magnum quidem est, carnifices ipsos circumstantes, & hominis alicuius latera fod-  
 entes videre: sed nihil minus, quam illud, hoc est. Quorum enim latera foduntur,  
 eorum sensus præ tormentorum varietate consumitur, vt mors ipsa non amplius ter-  
 ribilis, sed liberatio quādam, & virginium malorum remissio videatur. Pelagia verò  
 cūm nihil tale adhuc passa esset, & corpus integrum atque intactum haberet, neq; do-  
 lorem aliquem sentiret, forti quadam excelsi animi magnitudine certè illi opū fuit,  
 vt ex hac vita morte violēta seipsam ejiceret. Quamobrē cūm illorū tolerantiam ad-  
 miraris, huius etiā, quam diximus, fortitudinem admirare: cūm illorū patientiam obſtru-  
 pescis, & huius generosam mentem obſtupescas, quōd tales mortem subire ausa fu-  
 erit. Nolim rem hanc simpliciter prætereas, sed cogita, quomodo par est teneram  
 illam virginem, quæ nihil aliud nouerat, nisi virginalem aulam, illo tempore affectam  
 fuisse, cūm milites repente irruentes, & ad fores ipsas stantes vidit, qui ad iudicium il-  
 lam vocabant, & per forum pro talibus tantisque rebus pertrahere volebant. Non pa-  
 ter intus erat, non mater, non nutrix, non ancilla, non denique vicinus aliquis, aut a-  
 micus præstō erat: sed sola à carnificibus illis comprehensa est. Quōd enim exire, &  
 carnificibus illis ac militibus respondere, quōd os erigere & vocem emittere, quōd  
 eos adspicere, quōd denique consistere & respirare potuerit, hoc certè tale ac tantum  
 est

est, ut nemo possit non illud admirari atq; obstupescere. Non erant hæc naturæ huma Diuine gra-  
na facta: sed Dei maiorem partem conferentis auxilio id fiebat. At ipsa tamen ocio-  
sa non erat, sed à seipsa promptum & generosum animum, voluntatem, propositum,  
studium & alacritatem affercerat. Diuina igitur op̄e ac benevolentia factum est, ut hæc  
omnia ad euentum perlata sint. Itaque ipsam & admirari, & beatam dicere meritò de-  
bemus: beatam, quod Dei presidium atque op̄em habuerit: admirabilem, quod tantā  
animi alacritatem ostenderit.

Quis enim non iure obstupescat, audiens illam temporis momēto tale propositum Cap. 4.  
inijisse, confirmâsse & ad exitum contulisse? Scitis enim omnes vos, quemadmodum  
post multa sapè ac multo tempore cogitata, cùm occasio ipsa rei conatum à nobis ex-  
igit, si vel paululum timoris mentem nostram corripuerit, formidine repente perculti-  
fū, consilia omnia effundimus. At verò illa momento temporis consilium ita horribili-  
le ac formidolosum inire, decernere & re ipsa perficere potuit. Nō præsentium viro-  
rum terror, non temporis celeritas, non sua ipsius, cui tot insidiæ parata furant, sō-  
litudo, non quia intra domum sola comprehendens fuerat, non aliæ denique res beatam  
illam virginem perturbarunt: sed ita securò & præsenti animo omnia faciebat, vt si a-  
Gratia Dei  
datur illis  
qui ea se di-  
gnos præ-  
stant. Nec  
tamen ob-  
mici & noti aliqui homines illic præstò essent: idque iure optimo: non enim erat intus id gratia da-  
sola, sed cōsiliarium habebat Iesum ipsum. Ille virginis præstò erat, ille ipsius mentem  
& cor excitabat, ille animum confirmabat: solus, inquam, ille metum omnem ejicie-  
bat. Hæc autem non simpliciter Iesus faciebat, sed quoniam martyris ipsa illius auxilio  
se dignam antepræbuerat.

E domo igitur egressa, petiit à militibus, vt sibi liceret redire intrò, & vestem muta- Cap. 5.  
re. Ingressa verò intrò, vestem mutauit, incorruptam pro corrupta, & pro fragili & ca-  
duca, stabilem ac sempiternam. Ego verò præter ea, quæ dicta sunt, & illud miror, quo-  
modò milites illi gratiam, quam Pelagia virgo petierat, concesserunt: quomodo mu-  
lier viros decepit: quomodo nihil eorum, quæ futura erant, illi suspicatis sunt: quomo-  
do cius dolum non animaduerterunt. Neque enim est, quod aliquis dicat, neminem  
vñquam tale quippiam fecisse. Multa enim fortasse se precipitârunt, & in mare sei-  
pas iniecerunt, pectusque suum gladio traicerunt, & laqueis colla inseruerunt: nam  
multa huiusmodi temporibus illis accidérant. Sed Deus ipse militum illorum corda  
excæcavit, vt virginis Pelagiae dolum non animaduerteret. Quamobrem è medijs re-  
tibus virgo auolauit, & sicut cœra, cùm euadit venatorum manus, in quas inciderat, ad  
alicuius montis verticem venatorum pedibus & telorum iactibus inaccessum statim  
configuit, ac deinde à cursu \*destitit, è loco illo sine timore aliquo eos despiciens, à malim \*de-  
quibus anteā insidiæ parabantur: ita & virgo illa cùm in ipsas venatorum manus inci-  
sisset, & pareribus ipsis, velut quibusdam retibus, compræhensa esset, cucurrit non in  
montis verticem, sed in ipsum cœli fastigium, quò nulla erat ipsis accedendi facultas:  
deinde illinc vacuis manibus eos reuertentes adspiciens, gaudebat, cùm infideles ho-  
mines redargutos, & multo rubore adspersos videret.

Cogita quale illud fuit, sedente iudice, adstantibus carnificibus, paratis tormentis, Cap. 6.  
vniuersa multitudine collecta, cùm milites ipsi expectarentur, qui Pelagiam adduce-  
rent, omnesque præ voluptate gestirent, & tanquam ebrij essent, prædam in manibus  
se habere sperantes, tunc illos ipsos, qui eius rei causa missi fuerant, vultu in terram  
demissi redeuentes videre, faetumque illud narrantes audire. Quantum dedecus, quā-  
tum mœrorem ac probrum omnibus impijs illis tunc fuisse par est? Qua tristitia, quo  
vultu & rubore perfusos milites illos redijisse credimus, qui re ipsa didicerant, se non  
cum hominibus, sed cum Deo bellum gerere? Joseph quo tempore à domina sua insi-  
dijs petebatur, vestem impuris ac scelestis barbaræ mulieris manibus detentam reli-  
quit, & nudus exiit. Pelagia verò neque corpus sūum ab intemperatis illis homini-  
bus tangi passa est, sed cùm anima ipsa corpore denudata in cœlum ascendisset, & san-  
ctam suam carnem apud hostes reliquisset, ita dubios & perplexos aduersarios reddi-  
dit, vt nescient quid facerent: neque enim habebant, quid reliquis illis deinceps fa-  
cerent. Talia sunt perfecta Dei opera, rerum desperationem ad multam facilitarem,  
sibiique aduersantium res, quæ videntur facilima, ad extremam desperationem trans-  
ferentis.

Quid difficultate illa maius, in quam puella tunc inciderat? Quid facilitate illarum Cap. 7.  
rerum, quas milites tunc traçabant, planius videri poterat? Habebant puellam intus Mira Dei  
solam comprehensam, domo ipsa velut carcere quodam conclusam, & tamen rediē virtus &  
runt prædam non assedit. Contrà puella ipsa, cùm omnibus auxilijs atq; adiutoribus  
deserta

deserta esset, neq; vllam euadēti viā haberet, sed prope illarū ferarum manus se posita videret, ex ipsis faucibus, vt aliquis diceret, abrepta, omnium insidias diffugit, & milites ac iudices, principesque illos superauit, idq; eo tempore, quo omnes se illius viā. res futuros sperabant.

**Cap. 8.**  
Martyrum  
mors, Mar-  
tyrum vi-  
toria.

Notafancte  
mortue cor-  
pus dæmo-  
nū turmas  
perterefas-  
cere.

**Cap. 9.**

Postea verò, quām puella ipsa mortua est, tunc in maiorem desperationem incide- runt, vt discerent Martyrum mortem, Martyrum esse victoriam. Hoc perinde fuit,

ac si, vndarum impetu ad ipsum portū aditum irruente, nauigium merce copiola & margaritis preciosiss refertum, cūm iamiam ab illa ipsa fluctuatione submergendū esse videretur, periculum mox diffugiens, ab ipso aquarum impetu impulsu, quam celerrim è ad portum transmissum esset. Sic militum illorum inuasio ac terror, cūm omnibus vndis formidolosior incidisset, fecit, vt multò celerius puella festinaret ad cælum ascendere: quāque natum ipsam submersura videbatur vnda, illa saluam ad tranquillum portum transmisit: ac deinde corpus illud omni fulgore splendidius ex alto deferebatur, diabolum id videntem feriens. Non enim ita fulgor è calis demissu, nobis terrible videri solet, vt Martyris corpus fulgere grauius dæmonum turmas tue perterrefecit.

Sed vt discas non sine diuina prouidentia id factum fuisse, hoc præcipue licet aper- tè intelligere ex ipsis virginis proposito & prompto animo: quodq; milites illi virgi- nis dolum non considerarint, sed quod illa petierat, libenter concesserint: quod deni- que ad exitum res ipsa perducta sit. Licet etiam nihilominus & ex ipsa mortis ratio- ne hoc intelligere. Multi enim è sublimi lecto deieci, nihil mali passi sunt: alij verò, quibus corporis membra leſa & mutilata fuerint, post casum ipsum multo tempore superfuerunt. At in illa beata virgine nihil tale Deus ipse fieri permisit: sed statim infi- sit animam corpus relinquere, eamque ipse accepit, quippe quā quantum sat fuit, certauerat, & rem omnem impleuerat: non enim mors illa eiusmodi casus naturam, sed Dei iussionem, consecuta est.

**Cap. 10.**

Iacebat igitur corpus illud non in lecto aliquo, sed in solo. Nec propterea tamen honoris expers erat, quia in solo ipso iacebat: sed solum ipsum ex eo fuit honoratus, quod corpus illud tā gloriosum exceptit: quin immò quia in terra iacebat, eipso cor- pus illud erat honoratus. Huiusmodi enim sunt iniuria, quā propter Christum acci- piuntur, vt honoris cumulum nobis afferant. Iacebat igitur in solo ipso, & angusto quodam loco: sed Angeli Pelagiæ corpus circundabant, & Archangeli omnes hono- rabant, Christus deniq; ipse præsens erat: nam si domini mortuos seruos aliquos no- bis corpori. Talem habitum & nos viuentes ac mortui nobis ipsi parare studeamus, illud scien- tes, quod qui auratis vestibus corpus suum exornauerit, nullam ex ea re mortuo homi ni vitilitatem attrulerit: quinetiam multorum inuidiam & reprehensionem excitare- rit: quippe qui neq; in morte ambitiosus, & falsè gloria appetens esse desierit. At si vir- tute se ornārit, multos etiam post mortem suū laudatores habebit. Etenim ipsis etiam regalibus aulis apud omnes homines splendidius erit sepulcrum illud, vbi corpus iacuerit, quod cum virtute ac pietate vixerit. Huius rei vos ipsi testes estis, qui diuinitum monumenta, quanùs aureis vestibus coniecta, tanquam speluncas quasdam prater- eunt, ad sanctam hanc virginem multo cum studio & animi alacritate accurritis: quoniam cum martyrio, cōfessione & virginitate, multe & aurea vestis loco, funus su- um ornārit, hinc postea discessit. Hanc igitur pro viribus & nos imitemur. Cōtempst illa vitam hanc: contemnamus & nos delicias, irrideamus sumptuosos apparatus, ab- flincamus à crapula & ebrietate, fugiamus voracitatem.

**Cap. 11.**

Virtutis or-  
namenta cō-  
paranda.

Talem habitum & nos viuentes ac mortui nobis ipsi parare studeamus, illud scien- tes, quod qui auratis vestibus corpus suum exornauerit, nullam ex ea re mortuo homi ni vitilitatem attrulerit: quinetiam multorum inuidiam & reprehensionem excitare- rit: quippe qui neq; in morte ambitiosus, & falsè gloria appetens esse desierit. At si vir- tute se ornārit, multos etiam post mortem suū laudatores habebit. Etenim ipsis etiam regalibus aulis apud omnes homines splendidius erit sepulcrum illud, vbi corpus iacuerit, quod cum virtute ac pietate vixerit. Huius rei vos ipsi testes estis, qui diuinitum monumenta, quanùs aureis vestibus coniecta, tanquam speluncas quasdam prater- eunt, ad sanctam hanc virginem multo cum studio & animi alacritate accurritis: quoniam cum martyrio, cōfessione & virginitate, multe & aurea vestis loco, funus su- um ornārit, hinc postea discessit. Hanc igitur pro viribus & nos imitemur. Cōtempst illa vitam hanc: contemnamus & nos delicias, irrideamus sumptuosos apparatus, ab- flincamus à crapula & ebrietate, fugiamus voracitatem.

**Cap. 12.**

Dies festus  
S. Pelagiæ.

Non temerè hæc nunc dico, sed quoniam multos video, postquam concio hæc di- missa fuerit, ad ebrietatem, ad cauponas & mensas illas, quā sunt in hospitijs publicis, & ad alia in honesta opera statim reuersuros. Quam obrem precor vos & hortor, vt semper sanctam hanc virginem in memoria & mente habeatis, neq; concionem hæc celebrem dedecretis, non deniq; fidutiam nostram ex hoc die festo ad nos profici- scientem imminuat. Etenim non temerè cum Græcis differentes huius diei festi cele- britate gloriamur, eamque obijcentes, erubescere illos facimus, cūm dicimus, quem- admodum

admodum urbem integrum ac totam, tantumq; populum puella vna mortua singulis annis ad se attrahit, idq; post tam multos annos, neq; tempus ullum honoris huius seriem interrupit. Verum si senserint, quae in hac celebritate committuntur, maiore laudationum parte priuati erimus. Hæc enim multitudo, quæ nunc præsens est, si benè ordinata ad nos accedere posthac studierit, ea res maximo nobis erit ornamento: at si cum segnitie & negligentia multa hic aderit, probrum & accusationem nobis ea res afferet.

Vt igitur vestra multitudine, charissimi auditores, nos exultare possimus, eodem re. Cap. 12.

Et ordine domum reuertamini, quo par est eos redire, qui cū talibus martyribus ver. sati fuerint. Nam si quis non ita domum redierit, non solum nihil proficerit, verum etiam periculum maximum sibi attraxerit. Scio vos hoc morbo non laborare: sed non satis hoc vobis est ad excusationem, nisi & fratres ipsos in honeste se gerentes, ad modestiam maximam, & ad conuenientem & compositum statum redigatis. Honora. rasti Martyrem præsentia tuae eandem illam & proximorum tuorum emendatione honora. Si enim videris in ordinatum risum, atque in honestum cursum, & illiberalē incessum, indecentemq; habitum & figuram, accede, & illos ipsos, qui talia comit. tunt, acerbo & terribili vultu intuere. At contemnē illi, & irridebunt potius. Sume tecum duos vel tres fratres, vel plures, vt qui hæc facit, multitudine ipsa præsente correctus, modestior fiat. Quod si neq; sic illotum amentiam represseris, eos ipsos ad sacerdotes deferas. Sed vix fieri potest, vt ad eam impudentiam illi deuenerint, vt si reprehensi ac rogati fuerint, non cedant, verecundentur, & ab inordinata & ludicra cho rea se retrahant. Quod si decem, si tres, si duos, si unum tantum lucrificeris, multam vtilitatem tibi comparaueris.

At multa est viæ longitudo. Longitudinem hanc ad eos, quos suprà diximus, colligendos sponte subeamus. Multo thuris vapore viam implemus. Honestum quidem hoc est. Verum non tantum via ipsa honesta apparuerit, si, vaporis atq; odorum instrumentis per illam totam dispositis, aërem ipsum odoris suavitate perfuderis, quantum si omnes, qui hodiè per illam ipsam viam incedunt, Martyris certamina inter se narrantes domum redeant, linguas ipsas singuli pro vaporis instrumento exercentes. An non videris cùm Imperator in urbem ingreditur, quām compōsite atq; ordinatè milites ipsi ordine vtrinq; dispositivo armati incedunt, vicissim se hortantes, vt quieto & sedato ac reuerenti gradu procedant, quō ijs, qui eos spectant, compositi & spectatu digni videantur? Illos igitur imitemur, nam & nos Imperatorem deducimus, nō corporeum aliquem, aut terrenum, sed angelorum Dominū. Atq; ita ingrediamur, nos mutuò hortantes ad concinnè atq; ordinatè progrediendum, vt non multitudine folium, verum etiam ordine ipso spectatoribus stuporem afferamus. Maximè quidem. Quanvis enim nemo præfens esset, quanvis soli per viam incederemus, neq; sic tamē immodestos nos esse oporteret, diuinis oculis metuentes, qui semper patent, & vbiq; presentes sunt, omniaq; intuentur.

Nunc vero etiam illud considerate, multos hereticos hic esse inter nos cōmistas, Cap. 15. qui si vos ita saltantes, ridentes, vociferantes & ebrios viderint, summè nos condemnantes discedent. Quod si aliquis vni alicui homini scandalum afferens, ineuitabiles poenias dabit: nos, qui tam multis scandalum afferimus, quas poenias daturos putas? Sed prohibeat illud Deus, vt post hos sermones, & hanc admonitionem aliquis ijs vitis obnoxius inueniatur. Nam si antehac, qui huiusmodi facinora committere audebat, venia digni non erant, post consilium atq; increpationem hanc poena ipsa multo grauior erit & ineuitabili tam ijs, qui hac faciunt, quām qui fieri vident & contemnūt. Vt igitur & illos poena liberetis, & vobis copiosioremercedem comparare possitis, fratribus nostrorum curam suscipite: ad ea, quæ dicta sunt colligenda atque enarranda eos impellite, vt per totam viam hæc meditantes, & ijs, qui domi remanserunt, mens huius reliquias afferentes, illustre conuiuium etiam illuc habeatis. Ita enim & huius diei festi gustum maximum percipiemus, & sanctam martyrem ad maiorem benevolentiam prouocabimus, vero honore illam prosequentes: quæ maiorem etiam voluntatem capiet, si fructum aliquem & vtilitatem animas iuuantem adepti redierimus, quām si hic venerimus, & postea tumultuati simus.

Faxit Deus huius sanctæ virginis, & eorum, qui similiter certauerunt, orationibus ac precibus, & vt hæc, & alia, quæ dicta sunt, diligenter memoria teneatis, & vt ad opus ipsū omnia conferentes, in omnibus ad finem vsq; Deo ipsi grati simus: Cui gloria sit & imperium, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

BEATI IOHANNIS CHRYSOSTOMI POSTE,  
RIOR LAVDATIO IN EANDEM SANCTAM VIRGI-  
nem & Martyrem Pelagiam Antiochenam. Est etiam  
in Metaphraſte.

Junij 9.



A I O R E quidem theatro sancta virgo Pelagia digna  
effet: magna enim huius puella certamina extiterunt, ob  
idq; copiosiorem theatri frequentiam requirunt. At fatis  
illi tamen est Christus, qui solus pro omni ornamento hu-  
ius virginis panegyrim ac celebritatē p̄fens exornat.  
Quo enim loco Christus adeſt, illic omnium Angelorum  
chorus p̄festo eſt. Et omnes quidem martyres sua corpo-  
ra cruciatibus fortiora p̄fsterunt, ob idq; magnū quod.  
dam theatrum aduersus diabolū ſibi parauerunt, cūm in-  
corporeos spiritus corpore ipſo ſuperauerint, & carnem  
ſuam cum ferro contendente fortiter exhibuerint. Cūm

Dæmonum verò etiam puellas ipſas video pro Christo cruciſxo mori getientes, tunc diabolū te-  
meritatem magis rideo, qui cūm permulta vaticinandi loca ſibi excogitauerit, quaſi  
res futuras in illisipſis prænunciaturus eſſet, non illud praeuiderit ac vaticinatus ſit,  
quantum dedecut quois riſu dignum hodierno die paſſurus eſſet.

Prudēs ſim-  
plicitas Pe-  
lagia.

Quid enim magis ridendum aliquis duceret, quām quod hodiē paſſus eſt diabolus?  
Qui licet virginem irretitam haberet, à præda tamen ipſa excidit, & puellam, quam  
apprehendit, tenere non potuit, quaſi vmbram, non virginem apprehendiflet. Nam  
cūm illa ſimplicitatem columba cum ſerpentis prudentia coniunctam haberet, vt co-  
lumbā quidem ſimplex compræhensa eſt, ſed vt prudens ſerpēs diffugit: quanuis enim  
eſſet compræhensa, de viſtoria tamen non desperauit: neque animo aut conſi-  
lio capta fuit, licet corpoſe detenta eſſet: ſed artem quandam atq; conſilium excogi-  
tavit, quo eorum, à quibus compræhensa fuerat, temeritatem eluderet, & eos tanquā  
ſtupidos redderet.

Sed quidnam hoc fuit? Se cōſilium mutatſe puella ſimulauit: idq; vt credibile vide-  
retur, quanuis in tantæ fluctuationiſ & naufragij periculo coniuncta eſſet, vultu tamē  
ipſo hilaritatē p̄ ſe ferebat. Figmento igitur illo milites capti, & puellæ hilaritate  
decepti, humaniū in illam ſe gerere cœperunt. Quæ cūm ab ipſis petiſſet, vt tandiu li-  
ceret abeſſe, quoq; ornatum ipſis ſe conuenientem ſibi indueret, eundi potefatē mi-  
litēs ei confeſſerunt, quippe qui ea re non ſolum illi virginī gratum facturi eſſent, ſed  
 futurum etiam cogitabant, vt à ludice ipſo magis landarentur, ſi puellam veſte orna-  
tam duxiſſent. Illa verò conſilij ſuī compoſta, ſtatim ſe veſte induit, quæ verè de-  
cora eſt. Cūm enim animi fortitudine, & resurrectionis ſpē multa ſe induiſſet atque  
corroborāſſet, ad ipſius teſti vestigiū eucurrit, & illinc ſeipſam p̄cipirem dedit. Itaq;  
palæſtræ genus illud exegit, quod vt magnum quippiam aliquando diabolus Domino  
ipſi proponere auiſus fuerat, cūm dixit: Si filius Dei eſt, mitte te deorsum.

Huius puellæ fidem & animi magnitudinem valdē obſtupesco. Quid enim tunc a-  
lia virgo ſecum ipſa non cogitāſſet? Dixiſſet quidem: Do meipſam ex hoc loco p̄ci-  
pitem, cum id facere eo ipſo coaſta ſim, quod stuprum metuo. Laudabile eſt pro-  
prium, modò caſum ipſum mors conſequatur. quanuis enim in me mortuam hostes  
debačhati fuerint, id tamen ego non ſentiam, meq; inſciente, hoc facient. At ſi in ter-  
ram collifa, corporis membra perfracta fuerint, anima verò in membris permanferit,  
corporis turpitudinem moleſtē ferēs ac dolens, tunc nihilominuſ ad Iudicem ducta,  
ea patiar, quæ ſemper timui: trident enim ſtupro corpus ipſum membris Ieſum, ac me  
violatam dimittent: ſicq; duplē feram calamitatem, tum corporeis membris la-  
ſa, tum virginitate ſpoliata. Hæc ſatis quidem fuſſent, vt aliam priuillam perturbarent.  
At illa fide ipſa ita confiſa eſt, quāli finis ipſius ſponsorem aliquem haberet: ob idq;  
prompto animo ad eum caſum festinauit.

Puella pu-  
defacit da-  
monem fu-  
perbum.

Itaq; puellæ & virginis fortitudine atq; animo illo viſtus eſt, diabolo. Quæ enim Do-  
mino ipſi olim proposuisti, ad ea puella quædam eius famula te prouocauit, & ad teſti  
fastigium accurrens, illinc ſeipſam iacula ſtatiuit: cumque à Iudice vocata eſſet, tibi, qui  
hoc ſuggeſſiſti, non obtemperauit, neque ſubdolam pugnam ſubijt: nouit enim ver-  
ſutas cogitationes tuas, cūm ſep̄e virginēs ipſas ad Iudices, tanquā ad flagella excipien-  
da, vo-

da, vocare soleas, posteā verò sine pugna ijs, qui pugnam subiérunt, acerbiùs detentas ejis. At si verè ad pugnam vel ad stadia puellam prouocas, congregere nunc cum illa è tecto se deijcente, eamque illinc decidentem sustine. Audeas cōtra illam stare, & palæstram experiri. Excita quamcunque velis astutiam. Habes terram pro pugna campo. Vrge nunc gladios ipsos, vt mortem inferas. Substerne interficiendis ho minibus dura cædis instrumenta. Para decedenti puellæ cōfractionem. Omnes enim quantumvis abstrusas atque abditas artes tuas, velut infirmissimas illa superauit, quod que maius est, neque illud à Deo exegit, quod scriptum est: Angelis tuis manda de me Psalm. 90. Domine, ne vñquam offendam ad lapidem corpus meum: sed id petijt, vt animæ preci peret, post casum ipsum è corpore discedere.

O puellam genere quidem & sexu foemina, animo autem ipso marem. O virginē duobus nominibus extollendam, quòd in virginū grege, & martyrum choro numerata sis. O puellam ita continentem, vt neque adspectu quidem ipso fruendi facultatem intemperato Iudici præbueris. Huius igitur puellæ temperantiam & nos imitemur, & contra voluptates ipsas victoriae trophæa erigamus. Incontinentia atque in- Intempera-  
temperantia & incō-  
roboremus. Iudices ipsos à tentationibus submoueamus, & cùm opportunum est, nō abiectos, sed audaces nos præstemos. Denique membra nostra, quæ sunt super terram, mortificemus, vt & Dominus ipse hoc humile corpus nostrum tale reddat, & in eam conditionem transferat, vt corporis sui formam cum eo communicet: Cui sit gloria & imperium in secula, Amen.

### MARTYRIVM SANCTORVM GETVLII, CE REALIS, AMANTII ET PRIMITIVI, EX EGREGIO MS. CO dice per F. Laurentium Surium stylō mutato descriptum: cui fidem conciliant etiam antiquissima Martyrologia.

**E**MPORIBVS Hadriani Imperatoris fuit vir quidam <sup>io Junij,</sup> omnis diuinæ legis peritissimus, idemq; Christianissimus, Getuli nomine. Degebatur autē in Sabinorū regione haud procul ab vrbe Roma, conuocabatque ad se quotidiè per multos tum ex Italia, tū Græcia Christianos, ijsq; alimēta præbēs, diuinam legem exponebat, eosq; eruditiebat. Peruenit eius rei fama ad aures Hadriani Imperatoris, qui missus Cereale Vicario, jussit eum cōprahēdi. Vbi ad illum venit Cerealis, inuenit eum domi sedentē, & moré solito Christianos institutētem, qui eius doctrina magis ac magis in fine Christi confirmabātur. Dixit autem ei Cerealis: Audi, quæ sint à principibus edicta apud omnes proposita? Respondit S. Getulius: Itane principum iussis parere necesse est? Cerealis dixit: Tuipse edicito aequū ne sit illis parere. S. Getulius ait: Cui tandem, ô princeps, obtemperandum est? mortalīne homini, & mox in putredinem abituro, an verò præpotētis Dei filio? Cerealis dixit: Habet ergo filium Deus vester? Getulius respondit: Habet planē, qui quide&fuit, & est, & erit semper. Cerealis dixit: Qua vel doctrina, vel signo nōsse licebit, filiū Dei, Deum esse, quæ admodū tu doces? Respondebat sanctus Getulius: Noueris verbum Dei, verum Deum ex Deo patre genitum, & de spiritu sancto conceptum, ex virginē Maria natum esse, eumq; nouissimi temporibus dignatum esse venire, vt mortuos suscitaret, cæcos illu minaret, leprosos mundaret, super mare pedibus ingredieretur, vētis & tempestatis imperaret. Cerealis Vicarius dixit: Nōsse velim, quinā isthuc factum sit.

Tum S. Getulius vocavit ad se Amantium tribunum fratrem suum, qui metu Hadriani principis latitabat, narravitque ei omnia de Cereali Vicario: porro ipsi Cereali indicauit Amantium fratrem suum. Ad cuius conspectum mirifice exhilaratus est <sup>tribunus, frater Ge-</sup> tulij. Cerealis, Dixit autem ei S. Getulius: Abijce iam Cerealis frater artes diabolicas, & amplectere Christi patientiam. Ego in Tyburtina vrbe cùm haberem vxorem, liberos & opes, omnibus valefeci, vt possem ad aeternam peruenire salutem. Cerealis respondit: Evidē nec vxorem nec proles habeo, quas relinquam. Si verò est aliiquid aeternum, ne quæso id me celetis. S. Getulius dixit: Aeternum hoc est, vt manufaciolis propudiatis, in Christum Dei filium credas, Cerealis ait: At quo tandem or-